

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius

**Sánchez, Francisco
Schoppe, Caspar
Perizonius, Jacobus
Franequera, 1687**

De praepositionum ellipsi

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

Facio, Plin. in epist. *Studes? an piscaris? an venaris?*
vel disco, an simul omnia? subaudi *facis*. Quintilian. * Nil
 aliud quam reuict Martialis; Nil aliud, bulbis
 quam satur esse potes. Sic in illis, Bene Ennius;
 Prudenter Scipio; subaudi *dixit*, vel *fecit*: item;
 Dii melius, Dii meliora. Tibull. *Dii meliora ferant*,
nec sint insomnia vera. Terent. *Bona verba quæso*,
subaudi dic.

Crederet. „[Lucret. *Sed vix adducor, ut ante Non quie-*
runt animo presentire, atque videre, pro, vix ad-
ducor, ut credam.]

Reliqua sunt faciliora: ut; *Quid multis?*
Quid multa? Scit fideibus, subaudi canere: scit La-
tine, puta loqui. De his hæc tenus; hæc hæc tenus;
 „[subaudi *egimus, diximus, dictum sit.*]

De præpositionum Ellipsi.

Præpositionum Ellipsis duabus regulis
 continetur. Prima; *Nullus non ablativus à*
præpositione pendet. Altera; *Accusativus, qui*
nec sit infiniti suppositum, nec Activorum apposition,
à præpositione pendet. „[Priscianus extremo lib.
 „18. *Frequentissima est hæc figura apud auctores, in*
 „*qua Præpositio deficit.*]

De-

* Nil aliud &c.] Frequentissime hæc occurrant, ut in-
 telligatur verbum *Facere*. Vel in uno Suetonio Caf. 10.
Ut domo abditus, aliud nihil, quam per edicta obnunciaret.
 Calig. 4. *Nihil autem amplius, quam Admimo in ded-*
tionem recepto. Claud 16. *Alium nihil amplius quam ad-*
monuit. Claud, 10. *Fluctnantes, nec quicquam adouc, quam*
stementes,